

tium † olim plerumque in quinquennium fieri solitas, 2  
 cum ex jure nostro Civ. tum ex historia Rom. annotavit  
 doctissimus Cujac. *ad §. ult. l. 24. Loc.* Hinc quæritur † an 3  
 nondum finito hoc tempore locator conductorem ejice-  
 re possit? Et videtur quod non; pactis siquidem & con-  
 ventionibus standum esse regula juris vult. In quibus-  
 dam † tamen casibus contrarium servatur, veluti si ipse 4  
 dominus re locata indigeat, aut reficere velit; si condu-  
 ctor intra biennium pensionem non solverit, si male ver-  
 satus fuerit, *l. 3. C. b. l. 54. §. 1. ff. cod.* At propter tale quid  
 † conductorem in *l. n.* ejici potuisse, ipse textus refraga- 5  
 tur: Non enim vel dominus re locata uti voluit ipse, aut  
 reficere opus habuit, vel conductor male ibi versatus est,  
 cum propter ubertatem fundus denis amplius aureis lo-  
 cari cœperat. Ejici igitur non debuit, multo minus eo  
 factæ sibi restituantur. Objicis: Atqui in emtione (quæ 6  
 tamen iisdem regulis consistit, *l. 2. pr. ff. Loc.*) diversum  
 statuit Imp. Justinianus *l. fin. in fin. C. comm. deleg.* Idem  
 conceptis verbis in *Nov. 120. cap. 8.* negat de emponematis  
 actionem movere posse conductorem ejectum. Non in-  
 ferior: † Sed conductorem rem deteriore facientem, 7  
 sed canonem biennio non inferentem, sed contra vene-  
 rables domos. Nec magis nos ferit *all. l. fin. C. comm. de  
 leg.* quod enim ibi asseritur emtorem re evicta a venditore  
 solum pretium, non etiam meliorationes consequi, inde  
 est, quod rem alienam emerit, quod sciens emerit,

PALMES